Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipit comune sanctorum.
Et primo in vigilia u-
nius apostoli introitus.

Go autem si-
cut oliua fructificaui in
domo domini sperauj in misericordia
dei mei et expectabo nomen
tuum quoniam bonum est ante
conspectum sanctorum tuorum
Ps. Quid gloriaris in malicia
qui potens es iniquitate. Oro.
Concede quesumus omnipotens
deus ut uenturam beati N.
apostoli tui solemnitatem
congruo preuenire honore;
et uenientem digna ce-
lebrare deuotione. Sapie.
Benedictio domini sup
caput iusti. Ideo
dedit illi hereditatem;
et diuisit ei partem in

tribubus duodecim. et
inuenit graciam in conspectu
omnis carnis. Magni-
ficauit eum in timore
inimicorum; et in uerbis
suis monstra placauit.
Glorificauit eum in con-
spectu regum; et ostendit
illi gloriam suam. In fide
et lenitate ipsius sanctum
fecit illum; et elegit eum
ex omni carne. Dedit illi
cor ad precepta; et legem
uite et discipline. et
excelsum fecit illum. Sta-
tuit illi testamentum eternum;
circumcinxit eum zona iu-
sticie. Et induit eum
dominus corona glorie; Gr.
Iustus ut palma florebit
sicut cedrus libani multipli-
cabitur in domo domini. V.
Ad annunciandum mane
misericordiam tuam et ueritatem tu-
am per noctem. Iohanne.
In illo tempore; dixit iesus discipulis suis. Hec
mando uobis; ut diliga-
tis inuicem. Si mundus
uos odit; scitote quia